

CAPUT LV. §. I.

SUMMARIUM.

- 1 Fideicommissi questio incivilis reputatur ubi legitur expressum in Testamento.
 - 2 Substitutus in casum alienationis, aut alterius contraventionis possessionem propria auctoritate capere potest.
 - 3 Diviso ex quibus probetur: Secuta inter fideicommissarios ex quibus effectum sortita resultat num. 4. Inita contra preceptum Testatoris privationem inducit nu. 5. Probat quidem bona in bonis, sed non excludit alia extitisse, num. 27.
 - 6 Donatio comprehenditur alienationis appellatio.
 - 7 Proximitas eo ipso probata resultat, dum non comparet pretendens se proximiorum. Probata in uno iudicio, in alio quoque probata dicitur n. 8.
 - 9 Identitas bonorum ex confessione Testatorum probatur: Bonorum respectu quantitatis facilius probatur num. 10. Ex descriptione in libro æstimi probatur num. 11. Ex divisione tanquam de bonis fideicommissitenti probatur, numero 12. Ratio assignatur num. 13. Ex visitatione, seu inspectione loci probatur num. 14. Ex insignium affixione probatur nu. 15. Ex annua præstatione bonis ex causa fideicommissi injuncta, & per possessorem agnita probatur num. 16. Et quota obventa ad aliquem ex vocatis in totum certificatur nu. 17. Ex conjecturis probatur num. 18. In antiquis ultra centum annos facilius probatur numero 19. Certis etiam finibus non assignatis probatur num. 20.
 - 21 Identitatem confundens libera cum fideicommissio suppositis, & causam à confundente habentes probare tenetur, scilicet quæ libera, & quæ obnoxia interim præsumptio quoad omnia stat pro fideicommissio. Contrarium qui tenuerint n. 22. Sed consultantur n. 23.
 - 24 Diminutio fideicommissi contingens culpa gravari cedit in ejus detractio.
 - 25 Detractiones ex alienationibus, deteriorationibus, & aliis non confecto per gravatum inventario præsumuntur consumptæ.
 - 26 Mobilia quæ usu non consumuntur in detractioes imputantur.
- E**Xtrema ad obtinendum in iudicio propositæ actionis fideicommissariæ requisita in hac facti specie exuberant, existentia enim fideicommissi ex simplici lectura testamenti ad conservationem agnationis Meliæ, favore masculorum convincitur. In tantum quod omnis altercatio * circa istud incivilis evaderet ad tradita per nos super hoc eodem testamento alleg. 103, n. 21. lib. 3, & nunc addimus Rot. in Rom. fideic. 21 Junii 1652, §. huic autem coram R. P. D. Verospio.
- Purificatio ejusdem fideicommissi ob contraventionem, non tam ex donatione, quam ex divisione præambula, quinimò ex subsequenti transitio istius portionis in adversarium indubia quoque præexistit: substitutus namque * in casu cuiusque contraventionis, si gravatus in effectu contraveniat, istius morte nullatenus expectata. Jus ex contraventione sibi delatum illico consequitur Fuf. de subst. qu. 739, n. 5, & 6. Peregr. cons. 64, n. 14, lib. 3, & cons. 40, sub n. 4. lib. 4. Mart. Medic.

ad dec. Sen. exam. 13, n. 127, ubi quod substitutus in casum alienationis propria auctoritate possessionem capere possit. Surd. dec. 194, n. 36. Cyriac. contr. 346, n. 13, & 14. Mart. cons. 113, n. 8, 12, 13, & per tot. Cum præcipue in præsentem casu in odium contravenientis ipso jure privato irrogetur, & facultas proximè vocatis possessionem propria auctoritate, & absque iudicis ministerio capiendi concedatur.

Eo ipso quod olim Comes Rainutius, quoad vixit, separatim hanc portionem modò controversam à cæteris fratribus possedit, * onera proportionabiliter subiit, atque ad ejus caput in æstimo descripta extitit, circumscripto etiam divisionis instrumento vetita sub censura privationis à fideicommittente divisio concludenter probata emergit, gl. in l. penult. C. com. divid. Ruin. cons. 162, num. 5, 14, 18, ac per tot. lib. 3. Surd. cons. 260, n. 6. Honded. cons. 59, n. 58, & seq. lib. 1. Joan. Botta consil. 65, n. 5, & n. 19, & seq. ubi liber æstimi adducitur ad coadjuvandam probationem divisionis inter fratres. Grat. dec. 951, n. 29, & 30. Buratt. dec. 799, n. 12. Thes. dec. 205, n. 1. Jo. Fr. Andr. controu. 316, n. 19, & 20. Jo. Car. Ant. de temp. legal. lib. 2, cap. 109, n. 17, ubi quod ex decenniali possessione bonorum, onerum solutione, & perceptione fructuum, separata inter fratres divisio probetur. Menoch. de præsumpt. 60, n. 3, lib. 3. Seraph. dec. 1318, n. 2. Rota dec. 127, n. 19, part. 7, rec. duplicata apud Merlin. dec. 711. Jos. Mel. ad Gizzarel. dec. 57, n. 13. Michaël. de duob. frat. p. 3. cap. 42, n. 13.

Quam sane divisionem non solum inter fratres initam, verum etiam effectum sortitam pars adversa omnino admittere cogitur, * quippe quæ hanc portionem vigore donationis ejus matri per Comitem Rainutium factæ, occupat, ut ad rem optimè ratiocinatur. Rota dec. 125, n. 5, & 15, p. 6, & dec. 205, n. 5, p. 8, rec. duplicata apud Merlin. dec. 548. Negari igitur non potest, quin fratres de Soranea dividendo contra præceptum * testatoris ab omni jure bonorum fideicommissi favore proximioris ceciderint. Odd. cons. 49, n. 4, & seq. Grat. disc. 905, n. 21. Jo. Car. Ant. de temp. legal. lib. 2, cap. 109, n. 8, & dixi in altera, §. due insuper, quæ eo fortius sibi locum vindicant contra C. Rainutium, & ab eo causam habentes, dum non se continuit intra limites puræ divisionis, sed ad donationem absolutam in extraneos processit, adeo ut fideicommissi purificatio * propter contraventionem favore tali in casu vocatorum contraventi nequeat, §. alienationis autem Auth. de non alien. Dec. cons. 17, n. 3, & 2, lib. 3. Fufar. de subst. q. 695, n. 5. Barbol. de appellat. verb. 14, n. 5.

Proximitas verò, quam testator præ oculis habuit, quo ad mei personam nulla prioris probatione indiget, ex quo præsumitur, * dum non comparet alius, qui se proximiorum prætendat. Rota coram Royaf. dec. 367, n. 16, & dec. 3, n. 1, & seq. in addit. Censal. ad Peregr. de fideic. Andr. Cens. dec. Luc. 57, n. 31. Cæteros recensui alleg. 1, n. 36, & allegat. 34, n. 4, & alleg. 123, n. 5, lib. 3. Præterquam quod cum proximitatem, descendentiæ, agnationem, & alia requisita in iudicio * ejusdem fideicommissi legitimatorem personæ concernentia probaverim, mihi quoque in præsentem suffragantur ex cumulatis per meipsum alleg. 1, n. 15, & all. 18, n. 4, lib. 3. Andr. Cens. dec. Luc. 25, n. 19.

Bona denique in bonis, seu identitas bonorum in Rubecchi loco existentium in genere, & substantialiter ex binis probata resultat testamentis. * Altero fideicommissitenti, in quo etiam permutationem

Observationum de Alimentis Cap. LV. §. I. 101

tationem bonorum expressè vetuit, nisi fieret in loco Rubecchi. Altero Equitis Diophobi de Meliis ad istud fideicommissum vigore substitutionis admitti, in quo expressè legavit, quod bona Rubecchi transire juxta dispositionem fideicommissitenti. Fufar. de subst. qu. 618, n. 30. Buratt. dec. 799, n. 30. & in proximis terminis Andr. Cens. decis. Lucen. 57, n. 11. Confito igitur testatorem in villa Rubecchi reliquisse, nec de hoc contraverti possit difficultas probandi identitatem * confisit in sola quantitate, quæ levioribus contentatorem adminiculis, ut post alios dixi alleg. 62, n. 20, lib. 3, ubi adduxi decisionem Rotæ nunc inferius impressam.

Conjecturæ autem vehementes ad probandam identitatem respectu quantitatis hactenus non alteratæ, nec in minimo desumuntur, primò ex quantitate æstimi in tot libris modo consistentis, quot in caput fideicommissitenti reperiebantur, facta cumulatione terrarum, ac respectivè registri modo existentium, & continuati penes, & per Melios, Soraneas, atque adversariam ab uno ex eis causam mediatè habentem, ex qua quidem descriptione, * seu taxatione, in libro æstimi identitatem probari concludunt relati per nos alleg. 75, num. 24, & allegat. 104, num. 25, lib. 3, & nunc addo Ramon. cons. 46, num. 28, & sequent. Joann. Franc. Andreol. controuers. 303, sub num. 2, versicul. Quia per librum æstimi. Rota decisione 706, numero 6, part. 2, recent. Card. Otthobon. decisione 143, numero 4.

Deinde ad probandam identitatem, non quidem in substantia, sed respectu quantitatis plurimum suffragatur divisio subsecuta bonorum fideicommissi inter Galeal. de Meliis, & Marchionem Soraneæ potissimum ita facta de bonis fideicommissi subjectis, quam sanè divisionem, * non tam inter ipsos dividendes, quam inter eorum successores, ac ab eis causam habentes identitatem probari defendunt cumulati per nos alleg. 1, num. 98, & allegat. 75, n. 25, lib. 3. Joan. Franc. Andreol. controuers. 303, num. 3, & 4. Boratt. decis. 229, n. 1, & decis. 276, num. 7. Royaf. decis. 158, numero 3. Andr. Censal. decis. 28, nu. 5, optimè id comprobant ratione, * quia ex divisione inter gravatos inita, tamque de bonis ad eos ex fideicommissio perventis, confessio identitatis inducitur. Marefcot. variar. resol. 12, n. 52, lib. 1. Coccin. decis. 120, nu. 2. Royaf. dicta decis. 158, n. 6. Confessio autem identitatis qualitercumque à gravatis emittatur identitatem ipsam inter ipsos, eorum successores, & causam ab eis habentes concludenter commonstrat. Marefcot. dicta resolutione 12, num. 56, & 57, lib. 1. Coccin. dicta decis. 120, sub num. 2. Royaf. dicta decis. 158, num. 7. Spad. cons. 329, num. 2, & 3, lib. 2, dixi alleg. 61, n. 8, & allegat. 104, n. 21, & 26, lib. 3. Otthob. decis. 352, num. 3. Merlin. decis. 262, n. 9.

Inspectio quoque, seu visura domus civilis in loco Rubecchi existentis ad probationem identitatis * plurimum conducet. Merlin. decisione 134, n. 6, ex quo parietibus ejusdem insignia domus, agnationis, & familiaris de Meliis ex vetustissimo tempore depicta, & certè antequam Marchiones Soraneæ in possessionem ingressi fuerint; quippe qui insignia de Lupis gestabant. Qua stante insignium affixione * non ambigitur, quin identitas probata ex traditis per nos alleg. 104, n. 24, lib. 3. Ulterius identitas quoad istam portionem ex adverso in controversiam revocari nequit, ex quo Comites Ranutius, Camilla, Paulus Æmiliius, Melius ad Castillum de Alimentis.

Francisca, & adversaria successivè onus præstationis annuæ erga fratres de Meliis vigore ejusdem fideicommissi debitæ diffugientes judicialiter condemnati subire coguntur. Quam ob juridicam recognitionem * novæ confessionis vim habentem indubia redditur identitas. Peregr. de fideicommiss. art. 44, numero 24. Joann. Franc. Andreol. controuers. 303, numero 3. Cumque D. Comitissa Olimpia ex prædictis hanc tertiam annuæ præstationi obnoxiam occupet necessario, & aliam consolidatam in Comitem Ranutium ejus mediatum auctorem ex persona ejusdem Ranutii majorumque ad eundem obventam, multòque magis occupare censetur, siquidem inter unam, & alteram eadem militat ratio, atque ex memorata divisione bonorum præcipue Rubecchi fideicommissio subjectorum utraque descendit.

Tandem, & hoc ponit falcem ad radices, cum Galeal. Melius pro ejus portione modo ad me, uti de ejus stipite obventa, sextam partem totius æstimi, seu tertiam partem medietatis bonorum fideicommissitenti in divisione descripti affectus fuerit, * altera medietate pro detractioibus relicta, 17 dubio procul quinque aliæ partes ejusdem naturæ præsumuntur, quinimò tales per fideicommissarios enunciantur. Rota decisione 279, nu. 8, part. 5, recent. & in Narnien. fideicommissi 4, Aprilis 1642. §. non obstat, versic. incertitudo quotæ certificatur per quotam possessam à successore testatoris coram R. D. Dunozeto dixi alleg. 8, sub nu. 20. & alleg. 61, sub n. 18. versu incertitudo quotæ libro 3. Unde cum sexta pars prædicta consistat in perticis terrarum octocentum circiter cum jure aquarum, Palatio in civitate, ac in pecunia librarum trium millium pro adæquatione exbaratarum quinquies insuper de totidem facta multiplicatione, dubio procul bona per Comitem Antonium Mariam, fratres de Meliis, & partem adversam occupata in eadem Villa Rubecchi excedent, usque ad eò, ut quin bonis defuncti fideicommissitenti extiterint dubitari nullatenus valeat, junctis potissimum conjecturis ad probandam identitatem mox ponderatis, addita etiam simul cum prædictis existentia istorum bonorum in loco Rubecchi, ubi testator, & vocati ad fideicommissum successivè possederunt; quoque fideicommissaria diviserunt, quibus * simul cumulatis identitatem concludenter probari omnes admittunt extraditis per nos allegat. 1, nu. 97, & all. 8, n. 20, & 21, & alleg. 34, n. 6, & allegat. 61, n. 18, & seq. & alleg. 75, nu. 21. & allegat. 104, numero 10, & lib. 3. Joannes Franc. Andreol. controuers. 303, n. 1, & 2. Spad. consil. 329, num. 6, lib. 2. Merlin. decis. 244, n. 10, & decisione 262, n. 4, & dec. 294, n. 12, & dec. 327, n. 2, & decis. 776, num. 8. Andr. Censal. decis. Lucen. 90, num. 72, & 73. Otthob. decis. prædicta 143, num. 16, & 17. Præterquam quod confito ex præmissis de tertia parte medietatis, ipsa quoque medietas certificata etiam in quantitate necessario præexistit, & cognito quantum relevet medietas fideicommissi, quid, & quantum cedat in alteram medietatem detractiois consecutivè dignoscitur.

Tot ergo ex concursu conjecturarum bona in bonis non quidem in substantia, sed in sola quantitate probanda convincuntur, inspecto maxime, quod versamur in antiquis ultra centum annos, * quo casu levissimæ etiam probationes identitatem sufficientem indicant ad tradit. per nos alleg. 61, numero 6, & alleg. 65, numero 19, & allegat. 75, num. 19, & alleg. 104, nu. 2, & seq. lib. 3. Merlin. decis. 262, numero 5, & decis. 327, num. 7. Spad. 1 3 dict.

dicto conf. 329, n. 1, & 11, lib. 2, Joan. Franc. Andr. contr. 303, n. 6, Rota apud Censal. in addit. ad Peregrin. de fideicommiss. decisio. 2, num. 3, impressa etiam apud Tanagl. de Sac. Rot. Rom. Aud. decij. 2, cap. 6, fol. 63, & apud Otthob. decis. 102, Andr. Censal. decis. Lucen. 32, num. 15, & 16, & decis. 80, num. 21, & seq. & n. 80, & 81.

Non obstat, quod ad probandum bona fuisse in bonis non sufficiant regulæ generales, sed debeant certi fines assignari, quia, quamvis iste sit modus probandi identitatem, tamen non excluduntur alii modi, quia * quando sunt sufficientes, & exuberant, prout hic, non sunt necessariae alia demonstrationes. Peregr. conf. 98, n. 18, lib. 1. Rota apud Spad. d. conf. 329, n. 12, lib. 2.

Circa identitatem hætenus exarata prætermitti poterant, mortuo enim Gabriele de Meliis hærede instituto absque filiis eques Diophobus pariter de Meliis primo loco substitutus, dimissa medietate bonorum fideicommissitatis C. Capriolo pro detractionibus medietatem alteram fideicommissio vinculatam retinuit, & qua talem decedens in ejus testamento vocatis ad fideicommissum legavit. Unde cum postmodum Alexander ex Marchionibus Soranæ, ut supponitur, bona hujusmodi à Capriolo acquisierit, ac cum fideicommissio obnoxii in loco Rubecchi confuderit, utique Alexandro acquirenti, nunc autem D. Comitissæ de Ponzonis ab eo causam mediætè habenti onus indicandi

21 * præcisa libera ab obnoxii fideicommissio incumbit, interim omnia fideicommissio supposita præsumuntur. Rouin. conf. 50, num. 15, lib. 1, latè Sim. de Præ. de interpr. ult. volunt. lib. 5, dubit. 4, n. 335, & seq. tom. 2, fol. 554, Peregr. de fideicommiss. art. 44, n. 22, in fin. Afflic. decis. 23, nu. 5, in fin. & seq. Beltram. ad Ludovis. decis. 595, sub n. 11, in fine. Fufar. de substit. quest. 618, n. 49, Rota decis. 299, n. 11, part. 5, & decis. 575, nu. 5, part. 6, recent. & coram Merlin. decis. 406, num. 11, & 12,

22 In nihilo prorsus resistente, quod confusio bonorum confundenti duntaxat, non autem causam habentibus præjudicet, ut concludere videtur Rota dicta decisione 175, sub nu. 5, & 6, part. 6, recent. Siquidem contrarium magis communiter potissimum à Rota recipitur, quod nimirum confusio bonorum fideicommissi cum noviter acquisitis à gravato peracta, non tam confundenti, quam etiam aliis ab eo causam habentibus præjudicium irroget, ut in Romana fideicommissi vineæ 9, Maii 1633, §. non obstat, quod antea coram R. P. D. Ghislerio in Auximana fideicommissi 28, Jan. 1641, §. prædictaque eo facilius, & in Narnien. fideicommissi 4, Aprilis 1642, §. nec relevant acquisitiones coram Reverendissimo Dimozetto, & coram Otthobon. inter ejus impressas decis. 102, num. 14, 15, & 16, duplicata apud Tanagl. de S. R. Rom. Aud. cap. 6, decis. 2, fol. 63.

Quæ quidem confusio propter alienationes in actis recentitas inextricabilis evasit, juncta potissimum ingenti diminutione, seu deterioratione bonorum, culpa, facta, & negligentia gravatorum 24 * subsecuta in detractiones, procul ab omni dubio ex computanda, ac periculo eorumdem omnino cedere habet in ratione 30, ubi Bart. & Castrenf. n. 2, & in leg. quantitate 73, ff. ad leg. Falcid. Peregr. de fideicommiss. articul. 4, num. 55, in fine, & num. 56, & artic. 10, n. 27, & 28, Mart. de success. legal. part. 4, quest. 18, artic. 9, n. 27, Mangil. de imputat. quest. 136, n. 79, & sequent. Giovagn. consil. 3, num. 7, & sequent. libro 2, Caren. resolut. 150, num. 18, & sequent. Bordell. consilio 6, nu. 6, Menochius de arbitr. cas. 49, num. 2, & per totum,

ubi quod gravatus teneatur etiam de levi, quando dimidium hæreditatis duntaxat restituere obstringitur. Fufar. de substit. questio. 624, num. 6, Merlin. de legitim. lib. 2, tit. 2, quest. 6, num. 20, & quest. 7, nu. 1, Rota in Romana retentionis domorum 20, Aprilis 1654, §. secundo quia, coram R. P. D. Bichio.

Cumulatis alienationibus cum diminutione egregia bonorum fideicommissitatis, juncta etiam demolitione ædificiorum à fundamentis secutis antequam bona nunc in controversiam deducta * pervenerint in adversariam, nec confuso de confectione inventarii exinde detractiones, nisi ipsa contrarium concludenter ostendat consumptæ præsumuntur. Peregr. de fideicommiss. art. 39, n. 14, Rota apud Merlin. de legit. decis. 109, num. 7, & coram Merlin. decis. 633, nu. 2, & decisione 203, nu. 1, 2, & 3, in moderna impressione, dixi alleg. 5, nu. 6, & allegat. 8, nu. 25, & allegat. 102, in fin. libro 3, ubi decisio Rotæ, Beltram. ad Ludovis. decis. 185, nu. 6, idem Merlin. de legitim. lib. 2, titulo 2, q. 4, sub n. 15, vers. prima esset si fideicommissarius. Mangil. de eviction. quest. 108, n. 35, Salgad. in labyrinth. credit. part. 2, capite 4, à nu. 54, usque ad 61, Rota decis. 126, sub nu. 28, & 29, & decisione 163, sub nu. 6, & part. 7, recent. & in eadem 5, Martii 1649, §. fin. coram R. P. D. Peutingero, Surd. decis. 316, n. 13, Rota coram Andr. decis. 80, nu. 5, & 6, & apud Censal. ad Peregr. decisio. 6, n. 7, & coram Royal. decisio. 20, nu. 4, & apud Merlin. de pignor. & hypothec. decisio. 131, n. 10, & 11, & decisio. 132, n. 13, Andr. Censal. decis. Lucen. 28, n. 19, & 21, & decisio. 42, n. 12, & 13, ubi istud indubitatum renunciatur, quando de anteriori consumptione detractionum ex præambulis alienationibus liquet, Rota in Urbevetan. Prædii 12, Junii 1654, §. ob coram R. P. D. Bichio. Giovagn. consil. 20, nu. 33, & 45, lib. 2, & in Mauraten. hæreditat. 5, Junii 1655, §. ex persona coram R. P. D. Verospio.

In quas sanè detractiones, atque ad illarum omnimodam extinctionem imputari debent mobilia qualitatis * expressè per Cyriac. contr. 16, n. 3, in fin. arbitranda per judicem, inspecta qualitate fideicommissitatis, & aliis verisimilitudinibus juxta animadversionem. Peregr. de fideic. art. 44, nu. 25, Fuf. de substit. q. 667, vers. concedit. Rota dec. 399, n. 42, p. 5, rec. dixi alleg. 102, n. 9, lib. 3, Rota apud Tanagl. de S. Rot. Rom. Aud. fol. 126, nu. 14, & in Bonon. fideicommissi Joa. Maria de Bolognini 4, Febr. 1654, §. quia præter quod in fin. Rev. Cerro, & in d. Urbevetana Prædii 12, Junii 1654, §. animadvertendo Bichio.

Nec resisteret si replicaretur istud fundamentum destruere alterum ex divisione desumptum, quandoquidem divisio facta de bonis uti fideicommissio * subiectis, non excludit quin alia quoque bona in hæreditate fideicommissitatis extiterint. Caren. resolut. 124, sub n. 5, & resolut. 125, sub n. 4, Rota in d. Urbevet. præd. 21, d. §. animadvertendo, & in Bonon. fideic. de Barberis 19, Junii 1654, §. prout constituunt detracl. coram R. P. D. Bichio, & in Macer. hæreditatis 5, Jun. 1655, §. ab hujus verò coram Rev. P. D. Verospio.

CAPUT LVI.

SUMMARIUM.

1 Maritus dotem constante matrimonio restituere non potest. Fallit ut n. 2. Restituta dote ob illius

lius inopiam effectus dives illam non repetit, n. 3.

4 Uxor constante matrimonio pro alenda familia dotem repetit.

5 Mutuus ad refectioem, quam hypothecam consequatur, & n. 6, 7, & 8.

9 Melioramenta cadunt in hypothecam. Qui fecit conveniunt per solutionem valoris rei de tempore acquisitionis liberatur n. 10.

1 A Marito dos constante matrimonio restitui non potest, * & facta restitutione maritus liberationem non consequitur. Mantic. de iacit. & ambig. lib. 11, tit. 30, n. 11, Thesaur. decis. 207, sub nu. 2, versio. Extra quos casus, & n. 3. Tondut. resolut. civil. 122, n. 1, part. 2, Giurb. decis. 24, n. 3, & 4, Ripol. var. resolut. cap. 10, à n. 342, ad 346, Anton. de Amat. resol. 83, n. 17, Thomat. decis. Macer. 111, n. 17, Olea de cess. jur. titulo 3, quest. 7, n. 6, Gibal. de usur. lib. 4, cap. 5, art. 21, sub n. 1, vers. hæc assertio fol. 162, tomo 2, Rota decis. 75, n. 5, part. 9, tomo 1, rec. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, quest. 51, n. 11, & qu. 73, n. 1, & 2.

Speciale vero inter cætera existit, quod marito ad inopiam * vergente, uxor ad dotis repetitionem pro illius assecuratione admittatur. Giurb. decis. 16, n. 1, & per totam, & decis. 24, n. 4, ubi quod assertio mariti de illius vergentia ad inopiam non sufficiat, & num. 18, ubi quod istud favore mariti censetur inductum, cui etiam renunciare non prohibetur, & permittere dotis restitutionem etiam constante matrimonio, Thomat. dec. Macer. 111, num. 18, Antonin. de Amat. resol. 83, n. 9, & seqq. Merlin. decis. 81, n. 7, ubi quod actio uxori competit recuperandi dotes etiam ob foci inopiam. Merlin. Pignatell. contr. 52, n. 1, 26, ac per tot. ubi quod in quatuor casibus liceat uxori dotes repetere mortis, repudii, vergentia ad inopiam, & ipsa mutante voluntatem lib. 1, Salgad. in Labyrinth. credit. par. 3, cap. 4, n. 29, Cyriac. contr. 377, ex nu. 13, Tondut. var. resolut. civil. 122, n. 8, & 9, part. 2, Capyc. Galeot. contr. 65, per totam lib. 2, Gibalin. de usur. lib. 4, cap. 5, art. 21, n. 2, tom. 2, fol. 162, Rota decis. 86, nu. 6, & decis. 212, nu. 8, ubi quod sufficiat virum cepisse ad inopiam vergere, part. 9, tom. 1, & decis. 398, n. 26, part. 9, tom. 2, recent. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, qu. 73, num. 3, & per totam. Olea de cess. jur. tit. 3, questio. 7, num. 9, & per regulam ponit Auctor hic nu. 1, Mart. Medic. decis. Senen. 20, num. 42, & decis. 82, num. 5, & seq.

Divitiis postea supervenientibus videtur quod maritus bona pro dotis * assecuratione assignata repetere possit. Capyc. Galeot. dicta contr. 65, n. 44, & 45, lib. 2, sed contrarium defendunt cumulatim per Leoncill. de priv. paup. 16, n. 4, part. 2, Gibal. de usur. lib. 4, cap. 5, art. 21, n. 9, tom. 2, fol. 163.

Pro repetitione dotis constante matrimonio uxor pro alendo patre, * aut filiis matrimonii præcedentis agere poterit, ut subjungit Auctor hic n. 3. Leoncill. de privileg. pauper. 306, n. 9, part. 2, Trentacinq. lib. 2, var. resolut. tit. de procurat. res. 6, n. 9, cum adductis per Oleam de cess. jur. tit. 3, quest. 7, n. 8.

Mutuus ad proprietatem emendam, nisi de speciali hypotheca sibi caverit * nullum prælationis privilegium in re empta consequitur, Gratian. discept. 670, n. 1, & seq. Joan. Franc. Andr. contr. 50, per totam, & contr. 125, n. 3, & seq. & contr. 130, nu. 15, & contr. 182, n. 2, & seq. Merlin. de pign. libro 3, quest. 23, n. 2, & sub n. 5, & latè prosequitur A. Cost. de privileg. credit. reg. 2.

ampliatur, 5, ex n. 13, Castil. contr. jur. part. 3, cap. 8, num. 6. Niger de except. cap. 7, nu. 27, & faciunt latissime tradita per Oleam de cess. jur. tit. 4, quest. 1, ex nu. 18, & Giurb. observ. 93, & observ. 94, per totas.

Idem quoque dicitur de mutuantem ad ex integro reficiendam, aut de novo construendam domum, quoniam nec ipse hypothecam * in ipsa domo cum prælatione nanciscitur. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 2, quest. 5, num. 68, Mart. Medic. ad dec. Senen. examinat. 11, num. 13, latè A. Cost. de privileg. credit. regula 2, limitatione 3, numero 4, & sequent.

Neque resistebat quod pecuniæ per mutuantem traditæ in refectioem domus controversæ cessarent, * quo sanè casu hypotheca cum prælatione etiam anteriorem exprellam habentibus competit, l. interdum 5, ff. qui potior. in pign. hab. Gratian. d. discept. 670, n. 7, Gait. de credit. cap. 4, quest. 11, num. 1556, & seq. Anton. de Amat. resol. 3, num. 15, Mart. Medic. ad dec. Senen. examinat. 11, numero 2, & decis. 19, num. 7, & seq. Merlin. de pign. quest. 5, num. 1, seq. & nu. 13, A. Cost. de privileg. credit. reg. 2, ampliatur 3, num. 1, & sequent. Ferentill. ad Buratt. decis. 62, nu. 10, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, num. 11, cap. 11, num. 93, & prius num. 64, & num. 80, & cap. 24, num. 3, & 204, Niger. de except. cap. 7, num. 1, & per tot.

Siquidem conclusio in facti specie non applicatur, ex quo pecuniæ per mutuantem solutæ in computum dotis credere principaliter debebant, tamen in consequentiam, seu occasionaliter in refectioem domus versæ * prætenderetur, & tamen ut prælationis privilegium tradenti pecunias ad reficiendum competat destinatio nominatim facta in causam refectioem, & non in aliam necessario prærequiritur, Gail. observ. 15, num. 4, libro 2, Gratian. dicta discept. 670, n. 9, Mart. Medic. dicta examinat. 11, num. 6, Gait. de credit. capite 4, quest. 11, n. 1565, Merlin. de pignor. lib. 2, qu. 5, num. 64, & 65, A. Cost. de privileg. credit. regula 2, ampliatur 3, n. 13.

Unde cum melioramenta in effectu facta appareant à debitore ipso, jure merito etiam pro ipsis immissio ex Salviano concessa extitit, neque ambigitur quin cadant * in hypothecam ex cumulatis in proposito per Statil. Pacific. de Salvian. inspect. 3, cap. 4, num. 664, Gail. pract. observ. 25, in fine lib. 2, Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 2, qu. 69, num. 1, Franch. decis. 506, nu. 10, Thesaur. quest. forens. 71, num. 2, lib. 1, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. 11, num. 85.

Ex quibus nec fuit opus ingredi questionem illam, an tertius possessor qui melioramenta fecit, creditorem dimittere valeat retenta re meliorata per oblationem * pretii quo valebat res de tempore acquisitionis, seu factæ meliorationis, quod de jure permissum magis communiter animadvertunt Magon. decis. Florent. 51, n. 1, & seq. Macedot. variar. resolut. 112, num. 14, 16, & 17, lib. 2, Cenc. de cens. quest. 98, sub n. 81, vers. verum enim. Franc. decis. 38, n. 2, A. Cost. de privileg. credit. reg. 3, limit. 3, n. 63, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. 11, num. 90, 91, & 92, Cyriac. contr. 194, num. 1, Merlin. de pignor. & hypothec. libro 2, quest. 69, num. 5, & libro 4, quest. 81, n. 1, quod procedit in tertio duntaxat non in debitore, omnique in casu reali requiritur.